

Papst Martin V. verordnet auf die Bitte Markgraf Friedrichs IV., daß dessen Untertanen in rein weltlichen Rechtsstreitigkeiten wegen Geld oder beweglicher und unbeweglicher Habe nur vor dem weltlichen, nicht vor einem geistlichen Gerichte Recht suchen sollen.

Rom (S. Peter), 1421 Dez. 11. 5

H Schr.: Or. Perg. HStA Dr. 5857. Die Bulle an Fäden von gelber und roter Seide.

Gedr.: Müller, Reichstagstheatrum unter K. Maximilian I. II 67. — Horn 851.

: Martinus episcopus servus servorum dei ad futuram rei memoriam. : Ex
 iniuncti nobis pastoralis officii debito, quo sumus universis iusticie debitores, ad ea
 libenter operose intendimus et efficacem operam adhibemus, per que noxiis litigatorum 10
 novis se frequenter adinvencionibus fallaciter implicancium repressis abusibus ac
 iusticia in iudicium conversa iniuria confusa succumbere, ratio gloriosa triumphare
 et lex libera reddere valeat litigantibus, quod debetur. Exhibita siquidem nobis nuper
 pro parte dilecti filii nobilis viri Friderici senioris marchionis Misnensis peticio con-
 tinebat, quod plerumque in nonnullis causis sive questionibus, que super pecuniarum 15
 summis et rebus aliis mobilibus et immobilibus mere prophanis et secularibus in foro
 seculari et inter personas seculares marchionatus Misnensis et temporalis domini
 eiusdem marchionis pro tempore pendere censeantur et quarum cognicio ad predictum
 forum spectare dinoscitur et in quibus eciam dictus marchio seu illi, qui ad hoc pro
 tempore iuxta morem et consuetudinem illarum parcium deputantur, in ministrando 20
 iusticie complementum personis eisdem saltem per illas ad hoc legitime requisiti non
 sunt neque fuerunt negligentes seu remissi, persone ipse accionum et causarum suarum
 huiusmodi super pecuniarum summis et rebus antedictis cessiones causa mutandi
 iudicium dolose et fraudulenter in alias potenciores seu alterius fori veluti ecclesiasticas
 personas fecerunt et faciunt, quarum cessionum pretextu prefate alie persone partes 25
 sibi adversas et contra quas cessiones huiusmodi facte fuerunt seu fiunt pro tempore
 super pecuniis et rebus predictis in foro ecclesiastico, ut ex tali commercio predam
 assequi valerent et valeant, multipliciter vexaverunt et vexant, unde sepius in partibus
 illis inter ipsius marchionis subditos homicidia, iurgia, scandala et alia plurima mala
 secuta fuerunt et imposterum maiora subsequi formidantur, nisi super hoc per aposto- 30
 lice sedis providenciam salubriter provideatur. Quare pro parte dicti marchionis de
 eorundem subditorum suorum tranquillitate et pace solliciti et huiusmodi mala diucius
 equanimiter, prout nec debet, sustinere non valentis nobis fuit humiliter supplicatum,
 ut super illis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur,
 prout eciam ex huiusmodi officii nostri tenemur debito, scandalis et aliis malis pre- 35
 dictis eo quo possumus remedio obviare volentes, huiusmodi eciam supplicacionibus
 inclinati omnes et singulas cessiones huiusmodi, sicut premittitur, imposterum facien-
 das irritas existere et inanes nullumque prorsus per illas personis ipsis, quibus inantea
 forsitan eas fieri contigerit, ut prefertur, in pecuniis et rebus huiusmodi quomodolibet
 ius acquiri nec eas super illis in foro ecclesiastico aliquatenus admittendas fore vel 40
 eciam audiendas ac insuper irritum et inane nulliusque roboris vel momenti, quicquid